UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 7. Extensio jurisdictionis Papæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66305

Visual Library

c. 70. 83. Bulgaros responso dixerat: Vos laici non debetis judicare Sacerdotes aut Clericos, nec eorum vitam examinare, sed Episcoporum judicio relinquere. Immunitatem Clericorum probandi causa Gratianus producit quatuor decretales falsas, putatam Papæ Caji ad Episcopum Felicem epistolam, secundam Papæ Marcellini, primam S. Alexandri, & S. Silvestri in concilio Romano. Denique affert falsam Constantini legem a Carolo Magno adoptatam, qui omissa Clericorum mentione peculiari Episcopis permittit omnes causas illorum, qui hos etiam invitis partibus adversis in Judices elegerint.

Hist. l. 50. §. 51.

II. q. c. 1.

c. 3. 7. 14.

c. 10. 23.

Hist. l. 46. §. 8

§. VII.

Extensio jurisdictionis Papæ.

His variis modis jurisdictio ecclesiastica post seculum duodecimum valde mutata fuit tam per confusionem profanorum cum sacris, quam per extensionem authoritatis Papæ non sine damno Præsulum. Nam præter-

præter appellationes Papa fæpe caufas a primo judicio ad fe vel ad Legatos fuos, aliosve a fe defignatos Judices transferebat, concedebatque evocationes generales peculiaresve ad fuum tribunal adeundum. Exemptiones quoque cæteraque privilegia magnum caufarum numerum Judicibus ordinariis fubtrahebant. Sed quodnam aliud illorum fundamentum erat quam opinio vaga, Papam posfe, quæ vellet, omnia, neque canonibus effe fubjectum? Alioqui quomodo fubducere invitorum Præfulum jurisdictioni poterat Ecclefias privatas, vel totos Ordines Religiofos? Legifti ea, quæ S. Bernardus objiciebat Abbatibus fui temporis has exemptiones quærentibus, & Papæ Eugenio eas nimis facile permittenti contra commune bonum Ecclefiæ. Non quidem abjudicat ei hanc potestatem, nec in controverfiam vocat: at non fatis noverat veterem difciplinam ætate fua oblivioni datam.

Hift. l. 67. §. 57. Opufc. 2. c. 35. Lib. 69. n. 59 de Conf.

Sed cognita erat centum abhinc annos: ut patuit ex concilio, quod

Anſæ prope Lugdunum anno 1025 fuerat habitum. Ibi Epiſcopus Matiſcenſis conquerebatur ſuæ diœceſis Monachos Cluniacenſes ſine ſuo permiſſu ab Archiepiſcopo Viennenſi ſacris imbutos eſſe. Odilo Cluniaci Abbas protulit Papæ privilegium cœnobii ſui exemptionem docens. Sed Concilium oppoſuit canones concilii Chalcedonenſis aliorumque, ob quos Epiſcopi privilegium eſſe nullum declararunt; & Archiepiſcopus Viennenſis errorem agnovit ſuum. Adeo perſuaſum ſibi habebant illi Epiſcopi Papam non eſſe ſupra canones. Verum eſt, Concilium Cabillonenſe triginta octo poſt annis celebratum, cui S. Petrus Damianus tanquam Legatus præſidebat, Cluniaci privilegia confirmaſſe: quod indicat opinionem de poteſtate Pontificis Maximi jam fuiſſe mutatam.

Hiſt. l. 61. §. 7

to. 9. conc. p. 1177.

Jurisdictionem Præſulum magnopere conſtringebat etiam jurisdictio Legatorum a ſeculo undecimo tam frequens; & qua gaudebant non ſolum

lum Legati *a latere*, ſed & ii, qui re- *v. Diſſ. 4. §. 11*
ſidebant in locis, & legatione per privilegium ſuæ ſedis, aut per mandatum ſingulare fungebantur. Cuncti tanquam perſonam Papæ gerentes jurisdictionem habebant excluſis Epiſcopis omnibus, cujuscunque dignitatis eſſent, quin etiam Patriarchis, illamque Judicibus aliis delegare poterant.

§. VIII.

Uſurpationes fori alieni ſeu profani.

Sic coarctati Epiſcopi per damna Judicum laicorum extendere jurisdictionem conabantur ſuam triplici ratione, perſonarum, cauſarumque & auctorum Judicum, Perſonæ erant Clerici, quorum privilegia, ut vidiſti modo, magnum jam incrementum ceperant, cum illi profanæ jurisdictioni prorſus ſubducerentur, & ita quidem, ut Bonifacius VIII in celebri decretali *Clericis laicos* clariſſime *C. 3. de immu. in 6.*
dicat laicos nullam habere poteſtatem

in